



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XVII. Die Edlen Herrn von Werle verkaufen dem Kloster das Eigenthum an Quaslin und eine Hufe zu Stovendorf im J. 1300.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

XV. Otto und Günzel, Herrn zu Putlitz, schenken dem Kloster Stepenitz die Hälfte des Dorfes Porep im J. 1295.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Nos Otto et Guncellinus, domini de potlest, omnibus hoc scriptum visuris uel auditoris salutem in omnium saluatore. Nouerint uniuersi, nos pro remedio animarum nostrarum medietatem ville poribe, tam in sculteto quam in aliis prouentibus, sanctimonialibus in stepeniz libere contulisse, ita uidelicet, ut quitquit de agris cultis et incultis, siluis, pratis, pascuis et aliis fructibus poterit pronenire, libere perfruantur. Vt autem hec donatio maneat inconuulsa, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius uero donationis testes sunt ego Otto, dominus de potlest, Dominus bernardus prepositus, Johannes de hagenowe miles, hinricus de bocholt, Godefridus de warnstede, Bruningus de redekeftorp, famuli, et alii quam plures. Datum potlest. Anno domini M^o CC^o nonagesimo quinto, V^o nonas iuly.

Nach dem Original, woran das Siegel fehlt.

XVI. Alte Uebersetzung vorsehender Urkunde.

In den name der hilgen vnde vngedeilden driualdicheid amen. Wy Otte vnde Guncell, hern to putlitz, allen, de desse scrift zeende edder horende, heyl in aller solichmaker. Bekent si allen, dat wy vmme salicheid vnser zelen de helfte des dorpes porybe, jumme scultamete alze in den andern vpbaringhen, den juncfrouwen gehilghet effte wyghet to der Stepenitz, hebben vorleghen vnde gheuen alzo, dat se sik vrigh schalen bruken van allen ackern, den men ploghen este ackern magh vnde ok nicht ackern kan, van holten, wischen, weyden vnde andern vruchten, de dar afkamen maghen. vpp dat desse ghift bliue vnuoruallen vnde vngebraken, so hebben wy desse scrift mid vnser jngesegel laten beseghelen. Desser ghift tughe synt jk otto, here to putlest, Ern bernd prauest, Johannes hagenow ritter, hinricus van bocholt, Godefridus van warnstede, Bruninghus van Redickftorp, knapen, vnde mehr ander. Gheuen to putlitz, na der bord vnser hern twelf hundert jar, darna jn deme vif vnde negenstigesten jare, am daghe processu vnd martiniani.

XVII. Die Edlen Herrn von Werle verkaufen dem Kloster das Eigenthum an Quaslin und eine Hufe zu Stovendorf im J. 1300.

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos Nycholaus, dei gracia dominus de werle, et fratres ejus, Gunterus et Johannes, Omnibus prefens scriptum visuris vel auditoris salutem in perpetuum. Ea, que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, poni solent in lingua testium et scripture memoria perhennari. Hinc est, quod notum esse volumus, tam posteris quam modernis, et presentibus protestamur, quod ad petitionem domini henrici, prepositi in stepeniz, ordinis Cysterciensis, et de maturo consilio nostrorum militum, inspirante nobis diuina gracia, pro XXXV Marcis laucorum denariorum pro remediis quidem animarum nostrarum et antecessorum successorum quoque nostrorum, largiter ac benigne dimisimus Cenobio sanctimonialium in stepeniz proprietatem integre ville quarcellyn, cum terminis suis et molendino adjacente, Cum vsu cedendi ligna, prout in finibus suis in latum protenditur et in longum, Cum agris cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, siluis, nemoribus, vergultis, pascuis, pratis, paludibus, montibus, Collibus, planis,] asperis, viis et inuis ac aliis omnibus locis infra

limites et metas dicte ville, et cum omni jure et Commoditate, Insuper cum omni iudicio et iusticia, vassallorum nostrorum fidelium excepto omni seruitio. Memorata bona, cum dimidio manso in stoven-
dorpe, contulimus dicto Cenobio libere absque ulla inpetitione perpetuo possidenda, Ea resignantes
ad vsus ipsius Cenobii ecclesiastice libertate. Vt autem hoc rationabile factum nostrum, vassallorum nostro-
rumque fidelium consensu pariter et assensu ordinatum, perpetuam habeat firmitatem et ne possit a no-
stris successoribus inmutari, prefens scriptum sigilli nostri munimine duximus Roborandum. Testes hujus
facti sunt Nicolaus de Malyn, Johannes de Iewezowe, Conradus buno, milites, dominus Ludolfus ple-
banus in plawe, dominus Johannes prepositus de kalande, sacerdotes, Everhardus factor ciuis in plawe,
hynricus Drofonowe advocatus, Johannes haselowe et alii quam plures fide digni. Actum et datum
anno domini M^o CCC^o In die sancti Michael, archangeli.

Nach dem Original, woran das Siegel fehlt.

**XVIII. Die Grafen Gunzel und Heinrich von Schwerin verkaufen dem Kloster das Eigenthum
an der Hälfte des Dorfs Porep im J. 1307.**

Vniuersis cristi fidelibus prefens scriptum contuentibus Guncelinus & hinricus, dei gracia Comi-
tes de Zwerin, salutem in vero salutari domino ihesu cristo. Ne temporis defluxu, que geruntur intem-
pore, transeant a memoria, necesse est ea litterarum testimonis ac sigillationibus perhennari. Qua prop-
ter nouerint, tam presentes quam presencium successores, Nos de maturo consilio ac pleno consensu
omnium eorum, quorum consensus necesse fuerat requirendus, vendidisse domino preposito & conuentui
monasterii in stepenitz, pro sexaginta marcis denariorum slauicorum, eadem summa pecunie nobis inte-
graliter persoluta, proprietatem dimidie ville, que porybe dicitur, in omnibus suis terminis & determi-
nacionibus, sicut nunc jacet, in nemoribus, pratis, pascuis, paludibus, campis, cultis & incultis, aquarum
discursibus, cum omni utilitate intra contenta, iam constructa uel in posterum construenda, cum omni
iure & libertate, iudicium eciam sentencie capitalis & manus abscisionem omniumque culparum correctio-
nem, colonos ipsius ville excipientes ab omni onere advocatorum, ab omni grauamine euectionum siue deductio-
num lapidum, calcis uel aliarum rerum a qualibet expeditione, a labore poncium seu castrorum, a grauamine, quod
dicitur vaccarum incisio uel porcorum, ab omni peticione & exactione, quocumque nomine censetur vel contingat
cuiuslibet noua adinventione decetero nominari: eciam a communi terre defensione, que lantwere dicitur,
liberos esse volumus & exemptos, nichil iuris nobis reseruando, quo iam dictam villam vel homines
ipsius ville quocumque modo impetere valeamus, sed totaliter, sicut possedimus, in hiis scriptis predicto
monasterio resignamus, ita videlicet, ut altare in dicto monasterio, constructum pro remedio
animarum nostrorum progenitorum nostrarumque animarum & omnium heredum no-
strorum, suo robore perpetuo perseueret. Vt autem hec firma permaneant & inconvulsa, pre-
sentem litteram sigillorum nostrorum munimine roboramus. Testes huius rei sunt Otto, decanus ecclesie
zwerinensis, Conradus, Thezaurarius ibidem, hinricus, plebanus de noua ciuitate, Dominus Fredericus de
lobeke, Gherardus raben, Olicus de pinnowe, bolcho de driberghe, Conradus de Carow, advocatus no-
ster, Gher. de Redekestorp, fredericus smelzen, milites, hartwicus pape, borchardus, noster clericus, et
alii quam plures clerici et laici, vocati ad hoc specialiter et rogati. Datum banttecowe, anno domini
millesimo C^o C^o C^o septimo, in die iacobi apostoli.

Nach dem Original, an welchem beide Siegel fehlen.